



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XI. De delegatione facta Regularibus ad absolvendos casus, &
excommunicationes reservatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

A CASIBVS ETIAM SEDI APOSTOLICÆ
RESERVATIS.

6. Quoniam supra c. 5. §. 1. n. 5. diximus, omnes casus Pontificis reservari ratione communicacionis, id est cum hoc loco Summus Pontifex concedat Episcopis casus ipsi Summo Pontifici reservatos, concedit, sine dubio, omnes occultas communicaciones reservatas, etiam in Cena Domini, de qua re mox aliquanto latius, vbi, & quid de hæresi; Atque id confirmat etiam, quod dixi supra c. 9. §. 1. n. 11.

SIBI SVBDITOS.

9. An Episcopi possint, etiam non sibi subditos, sed peregrinantes in suis Diocesisibus absolvere, dixi in Superioribus *lib. De pœn.c. 4. §. 3. à num. 9.* Hic autem incidit illa quæstio, an Episcopus possit absolvere Religiosos exemptos, habitantes in Monasteriis suæ Diocesis à casibus occultis Papæ reservatis, sicuti potest suas oves, quando dicti Religiosi se subjiciunt cum licentia suorum Superiorum ipsi Episcopo. Et affirmative respondet Leand. *p. 4. tr. 2. diff. 27. q. 10.* Et iterum de *irreg. d. 27. q. 8.* quem, placet, lege, Si Superior iuste neget dictam licentiam, non posse; posse autem si iniuste, docet Sanch. citat. ab eodem Leandro, & apud eundem Leandrum, docet Suer. Molina, Pontius.

IN DIOECESI SVA.

8. Non puto id dictum esse taxative, quasi Concilium definat, hanc Absolutionem debere omnino impendi in Diocesi propria, sed demonstrative, quasi notet id, quod communiter solet fieri, fit enim communiter in propria Diocesi. Sive ergo subditus existat in propria absolutione Diocesi, sive in aliena, poterit à suo Episcopo, etiam existente in aliena, dictis reservatis absolvi, ut notat Sanch. Diana, alique apud eundem Leandrum. Ratio est, quia hic est usus Iurisdictionis voluntariæ, quæ in aliena Diocesi exerceri potest, non vero Iurisdictionis Contentiosæ, quæ, quia affert strepitum Iudicii, non nisi in proprio territorio, exercenda necessario est. Neque valet, Episcopus non potest saltem communiter excommunicare aliquem, dum existit in aliena Diocesi, ergo, nec absolvere: Non valet, inquam, quia, absolvere, est actus Iurisdictionis voluntariæ, actus autem excommunicandi est Iurisdictionis contentiosæ, ut dicimus in *tractatu de excommunicatione c. 5. §. 7.*

PER SE IPSOS, AVT PER VICARIVM
ad id specialiter deputandum.

9. Non potest Vicarius Episcopi, ut docent Suarius, 3, disp. 7, c. 6, n. 157. Schorzi, aliisque cum Merolla sine speciali mandate absolvere à casibus, seu Censuris Pontificiis concessis Episcopo, potest ex speciali delegatione, quia, sic Concilium requirit ibid. (ad id specialiter deputandum.) Addit Henriquez lib. 14, cap. 19. live in comment. lib. 1, c. 6, cap. 14, n. 10. *quin* comment. litt. O. cui adherent alii, quos citat Barbosa part. 2, de potest. Episc. alleg. 30, à num. 11. non posse Episcopum huiusmodi potestatem absolvendi (ut etiam dispensandi, &c.) committere generaliter suo Vicario, sed tantum, quando casus occurrerit: melius tamen posse docet Sanchez lib. 2, de Matrim. disp. 4, c. 10, n. 17. (excepto casu hæresis, de quo mox) quia illud specialiter deputandum, verificatur, si deputetur specialis ille Vicarius ad absolvendum ab omnibus, &c.

An Vicarius Generalis possit absolvere, ut & dispensare in casibus, in quibus potest Episcopus ratione concessionis, & impedimenti recurrendi ad Pontificem dicam infra c. 12. §. 2. n. 39.

19. Sed per hanc occasionem quæres, An possit idem Vicarius Episcopi absolvere à casibus, quos sibi reservavit suus idem Episcopus?

Respondeo, Barbosa de potest. Episc. part. 3. All. 54.
num. 116. cum Meroll. tom. 3. de Jurisd. Vic. d. 7. cap. 6.

num. 408. citans Sbroz. Vgolinum, Rebuffum, &c. non
posse ex generali concessione Vicariarum, cum ex gene-
li concessione non veniunt ea, quae speciali indige-
ant preffione: Poterit ergo ex concessione speciali fieri
doctrina solum praxis: Ceterum, an ex doctrina de
Sanchez, lib. 3. mat. d. 29. a num. 15. Merell. Nea. &c.
et aliorum dicentium absolute Vicariam Episcopi non
sine speciali mandato audire Confessiones omnino
Dioecesi, & concedere aliis licentiam audire, vici-
tar colligi, simili modo posse casus dictos referre
absolvere, aliis decernendum relinquo.

11. Illud scito, Episcopum hanc, vt & similes pro-
statas specialiter suo Vicario concedendis, non la-
legitimè illas ipsi tribuere, eam, vel eas specialiter ex-
primendo, verum etiam exprimendo aliquam et hanc
& deinde apponendo clausulam generalem pro cunctis
vt in simili adnotauit Quaranta *V. capit. Sede vacante*
§. 2. & Merolla cum aliis loc. cit. n. 410.

IDEM IN HÆRESIS CRIMINE,

12. Tridentinum, propter gravitatem criminis irreversus, disponitur illa, si externa sit, & occulta absolverem in foro conscientiae possit ab Episcopo, sed, reus mediate ab ipso, vel mediate, dando alienam sententiam potestatem, solum, quando casus occurrerit, non vero generaliter. Hunc esse sensum verborum Concilij probat Fagundes p.c. Eccl. 2. lib. 8. c. 18. & 19.

Nil præterea hic explicandum occurrit, nisi forte
colere, hanc Episcopi potestatem non fuisse, nec
per Bullam Cœnæ Domini, vel revocatam, vel im-
tutam, esse probabilissimum, ut nos probavimus
in Dec. c. 1. §. 9. à n. 11.

IN FORO CONSCIENTIÆ

13. Nō ergo hæc Absolutio ab Episcopo per
per alium collata delinquenti oculo, impeditur
delinquens possit accusari, capi, damari in foro
civili. Verum, ut hæc, & quid importet, in ipsa
sola (*In foro Conscientiæ*) distinctius nolcas, vide
dicam infra cap. 13, à n. 3.

C A P V T XL.

De Delegationē facta Regularibus ad absolven-
dos casus, & excommunicationes
reservatas.

Dvplex Delegatio facta est Regularibus circa po-
dicta, altera Prælati ad absolvends subditi,
tertia iisdem, vel cæteris Confessariis Regularibus ad ab-
solvends Sæculares. De utraque separatim.

§. I. *Prelatorum Regularium potestas ad sunt*
absolvendos.

1. **V**ariis varia congerunt in hac tem. Epilogus
Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. leg. 2. cap. 1. §. 1. de
Peyrimum, tom. 2. in Confut. 4. Sixti 4. num. 12. de
& Portellam, & vtrosque Rodriq. quos refert, ac
fellel Pellicz. tract. 8. cap. 2. num. 33. ac Lezandrum
excomm. 9. 72. faltem probabiliter afferentes Præ
Regulares Mendicantium, eorumque Privilegia Pri
pantes idest, Generalem, Provinciale, Superiorem
locales (nisi quid obstat mox afferendum) esse potest
solvere suos etiam Novitios (teste Suar. loc. cit. §. 1. de
1. 1. 1.) ab omnibus peccatis, Consuritque à par-
homine latis quomodocumque reservatis, etiam Popu
us, etiam contentis in Bulla Cæne Domini (excep-
refum, de qua mox à num. 12.) Ratio tum ample doc-
tis est, quia, tum ex suo jure ordinario, potest
terioribus competit, tum ex variis privilegiis præ
ctis Mendicantibus concessis ea colligunt, & quæ
tuncquid

tanquam ordinatis Pastoribus, atque adeo cum potestate delegandi.

1. Affert Peyrin, de dicta ampla potestate concessione m. Pii V. factam Prælatibus Cassinensibus, ut ait Suave, cit. c. 19. n. 12. juncto c. 22. a. n. 8. anno 1571. quam hinc inferre omnium inferre oportet, quia ceterum apud eundem Peyrin, eundem Leandrum invenies probatum, eam non esse revocatam per Bullam Cæne per Decretum Clementis VIII. vel Urbani VIII. nec hætenus ab aliis. Concessio autem sic habet.

3. *Postquam* (Prælati Cassinensium & consequenter participantibus cum ipsorum Privilegiis) *absolvere omnes* fratres, tam professos, quam novitios, in Religione tamquam perseverantes, à quibuscunque peccatis, Censuris, & pœnis per eos tam ante, quam post ingressum in dictam Congreg. seu Professionem incurris, & in futurum incurrendis, etiam si fuerint de casibus Apostolica Sedi reservatis; vel comprehensis in Bulla, quæ dicitur Cæna Domini singulis annis legi consuevit, quoties opus fuerit, injuncta eis pro modo culpa salutari penitentia. Hæcenus Pius V.

4. Unde colligit primo Leander loc. cit. q. 30. cui adde Fag. part. leg. 1. d. 24. §. 1. 4. n. 29. non solum excommunicationem per sententiam generalem ab aliquo Iudice, verum etiam excommunicationem per sententiam particularem, si is ingreditur in Religionem, posse ex vi Privilegiorum Religiosorum, absolui à suo Prælato, dummodo facta sit pars, quia dicta privilegia generaliter concedunt dictis Superioribus potestatem absolvendi suos ab omni Censura lata ab homine.

5. Colligit Secundo, propter eandem rationem, Ascarius Tamb. de jur. Abb. tom. 2. disp. 1. 4. q. 10. posse eosdem Prælatos absolvere suos à percussione publica Clerici. Verum de ejusmodi delictis publicis univèrsaliter mox à num. 9.

6. Duo hic sunt animadvertenda. Alterum, in aliquibus Religionibus interdum aliquod peccatum reservatur Provinciali, & tunc, Rector, seu Prior, non potest illud absolvere; interdum reservatur Generali, & tunc, nec Rector, nec Provincialis poterit. Quisque igitur suorum Ordinum dispositiones consulat, nam ceterum de jure constat Privilegia modo dicta.

7. Quoad nostram Societatem scimus aliquid restrictum esse de memorata nostrarum Superiorum potestate, tum circa casus Pontificios, tum circa reservata ab ipsa Societ. ut in Compendio Privil. Soc. V. Absolutio, & in Catalogo præcept. & Cens. in Gen. 9. Congr. confecto, videti facile potest, & mox à nobis iterum indicabitur n. 13.

QUOAD PROXIME INGRESSUROS in Novitiatum.

8. Inquires Primo, dictum est n. 1. (etiam Novitios.) Quid de Seculari proximè ingressuro in Novitiatum? poterit non solum à non reservatis, sed etiam à reservatis absolui à Prælato Regulari, vel de ejus concessione ab alio Confessario?

Respondeo. Negat Th. Hurt. part. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. d. 1. c. 20. cum quo sentio, quia hic verè non est, nisi morè Secularis, circa quem nullam habet Iurisdictionem Prælati Regularis. Quidquid ergo concedat Diana n. 11. tract. 4. res. 16. asserens Peyrinum, Pellizzar. & Vecchium, nullum enim firmam affert pro dicta concessione rationem.

Portella in Reg. dub. v. Novit. absolutio affert pro hac concessione quædam Privilegia, quæ tamen ego supra de penit. cap. 5. §. 2. num. 4. indicavi, hodie esse omnino revocata.

CIRCA DELICTA PUBLICA.

9. Inquires Secundo, Quando dictum est n. 1. posse Prælatos Regulares suos absolvere, si per se, si per Delegatum Confessarium ab omnibus casibus, & excommunicationibus etiam reservatis, intelligiturne tum de

occultis, tum de publicis? Respondeo. Sanè de occultis (excepta hæresi, de qua mox separatim) posse mihi certum est, & fuscè probat Leand. de excomm. d. 17. a. q. 7. Primo, ex propriis Religiosorum privilegiis. Secundo, quia occultis jam sunt Episcopales, quo ad hoc, ut supra etià non docuimus cum Sanchez. Tercio, ex concessione facta Episcopis à Tridentino concedente posse ipsos ab omnibus casibus, & excommunicationibus occultis, quoquo modo Pontifici reservatis, absolvere subditos suos. Quam concessionem competere Regularibus Prælatibus idem Auctor probat, tum de jure, quia in hoc habent dicti Prælati Episcopalem Iurisdictionem in suos, tum ex privilegio concessio Prælati Dominicanorum, ut hac potestate Tridentini gauderent. De occultis ergo mihi certum est, at de publicis non est ita mihi certum.

10. Nihilominus satis eidem mihi probabile videtur, posse etiam de publicis semper intelligi pro foro tantum conscientie. Primo, quia absolute, & non cum limitatione publicis, vel occultis loquuntur Privilegia. Secundo, quia Julius II. apud Peyrinum tom. 2. in cons. 4. Sixti IV. n. 15. declarat, non obstante Bulla Cæne de cujus reservationibus dubitari poterat Privilegiato Regulares posse in perpetuum absolvere suos ab omnibus in ea contentis, ac si Bulla prædicta Cæne non esset facta, nec fieret. Sed tunc, nimirum, si hæc Bulla facta non esset etiam publica potuissent, ergo, & hunc.

Tercio, quia Doctores in multis æquiparant Privilegium Bullæ Cruciatæ cum hoc privilegio Mendicantium. Sed ex privilegio Cruciat. absoluntur, saltem Semel, casus reservati etiam publici, ut c. 13. n. 1. dicemus, ergo, &c.

Quarto, quia Privilegium Martini V. sic habet apud Leand. d. 16. de excomm. q. 73. de Priori Sancti Benedicti & consequenter de Participantibus in Privilegiis. *Vi ipse in foro Conscientie posse absolvere Monachos ab omni excommunicatione, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reservare consuevit, & cum eis in omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reservat, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen aliquod horum trium non sit notorium.*

Hæc Martinus V. Si ergo excipit, quoad notoria, solum Irregularitatem contractam ex his tribus Morte, Truncatione, Effusione, non autem aliquid excipit ex absolutione Excommunicationem, clare sequitur, ex vi hujus privilegii, etiam publica reservata Pontifici, posse, à dictis absolui.

11. Merito ergo Tamburinus modo n. 5. dixit, à prædictis Prælatibus posse absolui publicos percussores Clerici, Merito item modo n. 4. Leand. voluit, à dictis Prælatibus posse absolui suum subditum per sententiam particularem excommunicatum, satisfacta parte. At profecto tunc excommunicatio publica est. Merito denique Suar. alii, que II. er. absolute nihil distinguunt de occultis, vel publicis, docuerunt, posse ejusmodi Prælatos absolvere suos ab omnibus, etiam Cæne Domini, &c.

CIRCA HÆRESIM.

12. Quamvis etiam hodie nonnulli concedant, Prælatos Mendicantium, & eorum privilegia participantium posse ab Hæresi saltem, quando est occulta, suos subditos absolvere; nihilominus quid tandem in praxi amplectendum sit, incipiendo à Societate, mox intelliges.

P. N. Generalis ex auctoritate, qua pollet communicandi, vel restringendi Privilegia nostro Ordini concessa, prohibet. In Comp. privil. Soc. v. Absolut. ne à Rectoribus, vel Præpositis absolvat peccatum hæresis, unde multo magis ne absolvat peccatum relapsus in illam, & Apostasiam ab Ecclesia commissum à nostris: Provinciales verò concedit, ut ab illis solum absolvantur dicta peccata in casu magne distantie Generalis, idque sub

sub honore, quo Penitens obligetur, siue per se (sive salvo sigillo) per ipsum Provinciale, seu coram Generali presentare. Id jam olim erat; Verum hodie, ne Provincialis quidem potest suos subditos absolvere ab hæresi, vel ejus lapsu in locis, Sacre Inquisitioni Hispanicæ subiectis Ratio est, quia hanc potestatem à se abdicavit Nost. Par. Generalis, ut item Congregatio Generalis V. Decr. 16. f. mibi. 3. 8. accedente Pontificis Summi auctoritate Lege Castropol. 7. 1. v. 4. d. 4. p. 3. §. 3. & decretum hac de re dictæ V. Congregationis.

13. Dixi (Quamvis occultis) Nam id mihi indicat Revocatio facta à Summo Pontifice per Breve, cujus meminit dictum Decretum, & quam revocationem acceptavit Congregatio Generalis, hoc est, tota Societas. Cum enim Pontifex revocaverit, per dictum Breve privilegia, quæ Pontifices cōcesserant Societati circa Absolutionem hæresis, & circa lectionem librorum prohibitorum, quia privilegia illa comprehendebant sine dubio Absolutionem hæresis occultæ, dicendum est, hanc fuisse revocatam. Et nota obiter, id etiam esse in ordine ad externos, omnis enim potestas absolvendæ hæresi, juxta prædicta, à nobis ablata est.

14. Alios Religiosos in iisdem locis, Hispanicæ Inquisitioni subiectis, non habere potestatem absolvendi suos subditos ab hæresi, disertè tandem docet Leander mox citandus. Et quidem hodie, multo magis, ita dicendum est post Declarationem Innocentii X. 23. Maii 1656. publicatam hic Panormi per Edictum Inquisitorum 15. Februarii 1657. Vbi vero Hispanica Inquisitio non adest, concedit potestatem prædictam idem Leand. an probabilius, tunc decernes, quando rationes, hinc inde probantes, apud Dianam part. 11. tract. 2. resol. p. 18. legeris ut item apud Amedeum, in anno v. de fide, prop. 1. §. 2. & plenius apud eundem Leandrum d. 27. de excomm. à quaest. 76.

CONFESSARIUS REGULARIS in ordine ad suum Superiorem.

15. Diximus aliquantisperius c. 7. §. 1. n. 3. & c. 9. §. 1. à n. 2. Confessarius Regularium, non eo ipso, quod ipsi deputantur Confessarii, concedi potestatem absolvendi Religiosos, siue à reservatis Pontifici, siue à reservatis in tali Religione. Quæro jam nunc, an dictus Confessarius Ordinarius pro Regularibus subditis Deputatus, possit aliquando absolvere ipsum Superiorem à dictis casibus reservatis.

16. Respondeo, ut ex radice habeatur hæc resolutio præmitte cum De Lugo de Poenit. d. 20. à num. 67. Superiorem, seu Prælatum Regularem posse eligere sibi pro suo Confessario Sacerdotem, quem voluerit, etiam non subditum, etiam non Religiosum, etiam non approbatum ab Ordinario, & ab eo absolui à non reservatis, ut patet c. finali de penitentia, & remiss. Sicut enim ipse potest suis subditis quemcumque ex dictis concedere. Ita, & sibi, ne scilicet pejoris ipse sit conditionis. Ita Pasqualigus dec. 97. & 98. Tamburinus de jure Abb. 1. 2. d. 6. quaest. 10. Th. Hurt. p. 1. res. mol. fol. mibi 104. excludens Parochos, Pellizarius, tract. 8. cap. 2. à n. 2. qui vltimus limitat pro Iesuatis in ordine ad suos, & in Prælati Regularibus exemptis in ordine ad Moniales; adfunt enim peculiares dispositiones Pontificum apud ipsum legendæ, ne Iesuatus Superior eligere possit pro suo Confessario non approbatum ab Ordinario & ne dicti Prælati concedant Monialibus Confessarium, pari modo ab Ordinario non approbatum.

17. Hoc posito. Respondeo, ac Dico Primò, in Religionibus, in quibus non sit aliqua legitima restrictio, Confessarios Ordinarios Domus Religiosæ posse absolvere, testibus Quintan. de pen. sing. 23. Fag. Eccl. prac. 4. l. 1. c. 9. n. 6. & Sanch. l. 8. matr. d. 3. n. 4. ipsum Superiorem ab omnibus, à quibus dicti Confessarii possunt alios Religiosos, atque adeo ab omnibus non reservatis. Patet id ex c. dicto finali, & ne ipse Superior sit aliis deterius conditionis.

18. Dico secundo. Propter eandem rationem, quicquid potest concedere pro aliis, potest etiam si pariter nulla restrictio ipsi legitime sit facta, potest delegare Confessario suo potestatem, à quo ipse Superiorem à reservatis, à quibus ipse Superiorem potest pro aliis delegare.

19. Dico tertio. In nostra Societate (nam in aliis Religionibus consulat quisque Ordinationes suas, per se procedere doctrinam præcedenti dicto traduntur. Reçtor v. g. nostri Collegii potest quidem delegare Confessarium, ut is absolvat ceteros subditos ipsius à reservatis, non vero, ut absolvat ab iisdem ipsum Rectorem. Ratio est expressa limitatio In nost. Ordinat. c. d. non A reservatis, dixi, nam à non reservatis potest absolvere certum est. Ita De Lugo d. 20. de pen. n. 66. Pelliz. c. 1. num. 63.

20. Et quidem olim, si rector, seu Superior noster in casum reservatum incidit, ab Absolutione Confessario ordinario cum onere se præsentandi Provinciali. Quod si ipse Provincialis incidit, absolvetur ab eodem Confessario Ordinario cum onere se præsentandi ei, qui ad hunc finem à Generali effectus delatus, ut habetur in eadem ordinatione, quam etiam Quintanad. l. c.

21. Nunc vero (quia id durum cerneretur) jam abbitum est plurius remedium, quo scilicet dicti Superioribus designatus est à Congregatione Generali. c. 6. & 8. Confessarius in casu, quo ipsi incidit in reservatis. De signatus autem est his verbis.

Facultas absolvendi à reservatis Superiori, vel inferiori (quod Deus avertat) in aliquem inciderit, ut, committatur libere uni ex Confessariis Collegii, vel Domus Provincialis designando. Denique similis facultas assignandi Provincialem ejus facto absolute conceditur.

22. Hæcenus octava Congregatio, Iuniperus c. 2. de casib. refer. v. part. 1. dub. 8. quaest. 2. cap. 1. num. 20. et potestatem concessionem eligendi Confessarium quatenusque voluerit superioribus factam, quia est ex parte potestatis dicto c. finali, non posse ab aliquo restringi. Quod Iuniperi dicto sequeretur, restrictionem non appellatam irritam esse. Sed certe dictum Iuniperi non in Societate, in qua omnia Privilegia nobis sunt communicanda à Rev. Patre Generali, etiam illa, quæ continentur in jure communi, quia Gregorius XIII. c. comp. priv. Soc. V. communis. §. 5. de omnibus communibus cultibus edicit; ne personæ Societatis, potius uti, nisi de Generalis licentia, & habes ap. Suario de Relig. v. 10. l. 10. c. 5. & ibid. v. 8. l. 2. c. 14. n. 1. Prælati inferioribus aliarum Religionum concessum se dispensare quibusdam præceptis Ecclesæ suæ subditos (quod certe ipsi Prælati convenit ex jure communi at non Prælati inferioribus Societatis, nisi per illam communicatio. Prædicto autem Cap. final. alio modo interpretetur De Lugo d. 20. de penit. n. 64. cui non placet, nisi alius respondet illi allatis à Suario. Consultus ergo Iuniperus, si Societatem ab illa Doctrina exceptam, exceptit De Lugo. l. 2. Respons. moral. d. 28. Ratio in illa l. 6. q. 19. n. 9. Pelliz. v. 6. c. 1. n. 63. & v. 8. c. 1. n. 71. vero Religiones remisisset ad dispositiones.

23. Dico denique quarto, sine solido fundamento Quintanad. de pen. sing. 23. n. 5. dixisse Superiores potestatem Societatis solum pro reservatis communis occatione sui muneris, seu ut Superior est, non posse illi Confessarium eligere, sed pro cæteris posse sine solido, & quam fundamento: innititur enim in quodam prima Epistola R. Pat. Claudii Generalis sic ut in Antiochia declarat. Sed certe P. Claudius, nec clare loquitur ut ex ipsis Epistolæ verbis, quæ idem Quintanad. l. 1. ut ex ipsis Epistolæ verbis, nec per privatum responsum judicandus est P. Claudius voluisse ferre legem universalem de re tanti momenti, & de qua tanta habetur in Societate.

Quæres, Potestne Rector, v. g. qui est in fine l. 1. de

minis, dare facultatem absolventi à reservatis suo subdito, & deinde, regimine abdicato, absolvi à dicto olim subdito suo à reservatis, fortè commissis in tempore, vel post tempus, quo regebat?

Respondeo. Id univèrsaliter de omnibus Superioribus exagitat De Lugo de pœnit. dub. 16. à num. 4. quia res cum lata sit, sufficit hunc tibi Doctorem indicasse.

CIRCA NOVITIOS.

Satis explicui suprà c. 1. à n. 5. quoniam absolvere valeat Novitios à reservatis: quare ergo in hoc argumentum cadunt illinc pete.

CIRCA ITER AGENTES.

11. De hac re in univèrsum egi in *Tract. de Approb. Confess.* & videri potest Suar. t. 4. de Relig. v. 8. l. 2. c. 17. Additur & Alean. Tamb. de iure Abb. t. 2. dub. 6. quæst. 6. De Lugo de pœnit. d. 1. §. sec. 6. à num. 100. Quint. de pœnit. §. 12. Quare illud duntaxat, quod in hunc locum remitti de quodam peculiari jure nostræ Societatis superest explicandum.

CIRCA ITER AGENTES, IN SOCIETATE.

12. Habe, in ipsa fronte hujus argumenti verba Ordinationis nostræ hac de re sic disponentis, cap. 6. de cass. refer. v. n. 6.

13. De iter agentibus (ait) quando ad aliquem Societatem locum diverunt, potest à reservatis Ordinarius loci illius Confessor absolvere, aut si is haberi non possit, quilibet alius Societatis Sacerdos approbatus, aut si is quoque desit, niam externus.

14. In omnibus tamen his casibus cum onere, & obligatione, ut se sistant postmodum Superiori suo, ad quem iuri, vel reditu sunt, eique, aut alteri de ejus licentia confiteantur.

15. Si vero accidat, ut aliquis tanquam hospes sit in aliquo Collegio, diu tamen ibi moraturus (puta spatio unius, aut alterius circiter mensis) si eo tempore in casum aliquem remissionem incidere, poterit, ac debet absolvi à Superiori illius loci, in quo est, vel de ejus licentia, tanquam si proprius esset ejus subditus, sine obligatione sistendi se Superiori illius loci, ad quem propriè pertinent.

16. Hactenus Ordinatio. De qua multa Suarez, loc. c. & dub. 10. de pœnit. sec. 5. De Lugo loc. cit. Quintan. loc. c. Castrop. de pœnit. part. 5. n. 9. Torr. Valsq. lo. Sanch. apud Quintanad, aliique. Tu breviter nota Primò, obligationem esse, ut iterum confitearis peccata illa reservata, ut habet Ordinatio num. 27. allata. Neque obstat non posse obligari quempiam ad confitenda bis eadem peccata, non obstat, inquam, quia ad hoc respondent variis modis prædicti Doctores, sed planior est illa res. Quò, quam asserit ex R. P. Mutio Generali. De Lugo, non posse quidem ab alio obligari quempiam ad iteratam Confessionem ejusdem peccati, sed posse se ipsum ad illam obligare, ut fit in casu nostro, in quo ipsemet pœnitens se obligat, & quidem voluntariè, cum enim ipsi offeratur commoditas illius absolutionis, ea lege, ut voluntarie acceptet iterum idem peccatum confiteri, ut ipse, ut ea commoditate fruatur, acceptet, voluntariè acceptat. Lege id apud De Lugo l. c. n. 16. iuncto n. 128.

17. Nota secundò, etiam si Confessarius hunc pœnitentem non admonet de hac obligatione, ipsi tamen accedendo ad talem Confessionem, illaque fruendo, obligationem accipere. Vnde semper obligatur sub mortali (est enim res gravissima) illam ponere.

18. Nota tertio, prædictum Pat. Mutium explicasse apud De Lugo loc. cit. non esse Societatis mentem, eam facultatem dare, quando subditus ex industria, eo ipso sine facit iter, aut alias iter facturum, ex industria, Confessionem differt, ut possit in ipso itinere absolvi. Addit, nec posse etiam in itinere adire externos, cum aditque proprii.

19. Nota quarto, hæc dicta esse de casibus reservatis

Quare, si dictus Pœnitens iter agens, servando Ordinationem prædictam, confiteantur alia non reservata, non habet dictam, ut habet Suar. t. 4. de Relig. v. 8. l. 2. c. 17. n. 10. obligationem se sistendi superiori, nec iterum ea non reservata confitendi, quia, quoad non reservata, non limitatur, ut detur Absolutio cum dicto onere.

20. Nota quinto, Castrop. loc. c. qui etiam citat Suar. asserere, se propendere ad dicendum, nostrum, qui iter agit, quando moratur, etiam per breve tempus, ubi adest Confessor Ordinarius Collegii, in quo ipse moratur, non posse absolutionem obtinere à suo socio, quamvis hic forte esset Confessor Ordinarius Collegii iter agentis. Ratio est, quia prædicta nostra Ordinatio allata n. 28. præscribit, ut hospes absolvatur à Confessario Domus, quando is hospes in ea domo commoratur, etiam pro brevi tempore. Licet ergo (ait Castropalaus) consuetudo obtinuerit, posse à tali socio absolvi alios Religiosos iter agentes, non tamen poterit Religiosus noster. Hæc ille. Scio Quint. de pœnit. sing. 12. concedere posse, sed prædictam rationem nequaquam solvit.

21. Dices pro Quintanad. In cit. manuscr. Ref. Gen. V. Confess. §. 6. n. 2. & 1. stare duo responsa Nost. Pat. Generalis, Ecce illa, Primum. Si nullus sit inter eos (iter agentes) reliquorum Superior, & non nisi ad breve tempus, v. g. octo dierum in alieno Collegio moraturi sunt, possunt confiteri, vel Superiori illius loci, vel Ordinario illius, vel ei, cui ex nostris in itinere consuebantur. Lugo. Provinc. 1579.

Alterum. Quando duo Sacerdotes simul mittuntur foras, debent sibi invicem confiteri, nec possunt alteri, etiam si de nostris in itinere forsan occurrerint. Si per Collegium al. quod transierint, in eoque quiescant aliquot diebus, potest etiam unus alteri confiteri, licet non debeat, C. Tol. l. c. 1618.

22. Respondeo, Hæc responsa particularia, nec nobis authentica, non posse prævalere supra Ordinationem publicam, & authenticam, sed juxta hanc debere illa reformari.

23. Peres, si prædictus in itinere absolutus à reservatis, deinde legitimum suum Superiorem, sive per se, sive per alium conveniret, & patefaceret reservatum in genere, reciperetque pœnitentiam, vel remedia prout Superiori visum fuerit, sed obtineret remissionem obligationis iterum peccatum illud confitendi, securusne esset pœnitens recipiendo ejusmodi remissionem, & Superior illam concedendo? Ratio dubitandi est, quia Ordinatio n. 27. allata præscribit iteratam Confessionem, quam hic pœnitens in prædicto casu non ponit.

24. Respondeo, Quamvis id apud neminem legerim, puto tamen verumque securum fore. Nam pœnitens jam fuerat in itinere directè absolutus ab illis peccatis, & ex alio capite jam legitimus Superior remittit illi liberè eam obligationem iterum confitendi. Ipse autem Superior securus item erit, quia ejusmodi tota causa ad ipsum pertinet. Quare poterit prudenter judicare sic sufficienter ordinationi satisfactum esse. Ita, inquam, puto, salvo meliori iudicio, cui libenter me subijcio.

25. Denique habet hic, & illud Responsum ad iter facientes pertinens in præd. Respons. V. Confess. §. 6. numer. 1. & 9.

Si inter eos (inquit) qui iter faciunt, sit Ordinarius eorum Superior, v. g. Rector, Provincialis, potest in alieno Collegio audire suorum subditorum Confessiones, si velit.

§. II. Prælatorum, & Confessariorum Regularium potestas ad absolvendum Saculares, Remissionem.

1. Satis de hac potestate nos egimus Lib. 1. method. Confess. cap. 7. Vide multa apud Castropalaum som. 3. l. 4. de voto Relig. obed. p. 8. num. 12. ubi etiam quoad alias penas. Quare vnum tantummodo occurrat monendum. Ut, quamvis aliquando possint Religiosi Mendicantes absolvere nominatim excommunicatos pro foro Confessionis, modo ibidem à nobis explicato, non debeant tamen

tamen passim id facere sed remittant Poenitentem ad suum Episcopum, vel ejus licentiam exoptant. nimirum, ne veniat in contemptum ejus jurisdictionis. Quod si rationabilis adsit causa, ut si nimis Episcopus distat, aut licentiam negat, tunc enjuncto absolvi pro foro interno ejusmodi poenitens poterit, si alias, est dispositus, nec per ipsum stat, quo minus a suo Praelato absolutionem pro foro externo obtineat. Consonant huic monitioni ea, quae de Bulla Cruciatæ dicuntur inferius cap. 13. num. 19.

CAPVT XII.

De Delegatione, seu Potestate simplicis Sacerdotis in casu necessitatis, ad absolvendum.

Conceditur simplici Sacerdoti posse absolvere ab omnibus casibus & excommunicationibus quomodocunque reservatis. Primum, in articulo, seu proximo, & probabili periculo mortis, & ex Castrop. loc. mox citando, etiam dubio. Secundum, in impedimento perpetuo, quo poenitens convenire Superiorem non potest. Tertio, in aliqua alia urgente necessitate, & quidem cum quibusdam oneribus, ut mox explicabimus per suos paragraphos.

§. I. In articulo, seu Periculo mortis.

1. Elebris est questio, an in dicto periculo poenitentis, quilibet, quamvis simplex Sacerdos valide, & licite possit eum directe absolvere ab omnibus casibus, & excommunicationibus etiam ob hæresim contractis; nam non posse à suspensione vel interdictione, docemus omnes cum De Lugo de poen. dub. 20. num. 203.

Quo possit, absente legitimo Confessorio (& quoad excommunicationes, quas dictus Sacerdos absolvere alias nequit, imponendo onus comparandi, quod mox §. 4. d. 2. explicabitur) nunquam fuit dubium, ut videbis, at, hoc præsertim, maxime controversatur inter Doctores, & duplex est de more sententia.

2. Prima, quam cum multis, mox citandis, sequutus sum in opus. meth. Conf. lib. 3. cap. 7. §. 1. num. 1. & nunc iterum sequor, affirmat. Ratio potissima, & veluti Achilles nunquam evincendus, ducitur ex Tridentino, sess. 14. cap. 7. De casib. reservat. sic absolute pronuntiant.

3. Pie admodum ne hac ipsa occasione reservatorum, alius, quis pereat in Ecclesia Dei custodiam semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque adeo omnes Sacerdotes, quilibet poenitentes, à quibusvis poenitentis, casibus & Censuris, absolvere poterunt.

4. Quæ verba adeo sunt clara, ut nimis immerito Turr. in Censur. Theol. dub. 77. dixerit, hanc sententiam esse improbabilem, saltem enim auctoritas tot insignium Doctorum eam sequentium, tam valido Tridentini testimonio vallata, non debuit nota improbabilitatis inurri; Eam inter ceteros tenent Navarrus, Sà, Ledesma, Rodriq. Vega, Henriq. apud Marchinum, de peste cap. 3. P. Horr. de fide, d. 84. sect. 8. alique quos refert Diana, part. 5. Res. 5. & tract. 3. res. 65. & Castrop. t. 1. tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. n. 8. cum Barbosa, Sairo, Reginaldo, aliisque quos refert De Lugo, de poen. d. 18. sec. 2. n. 23. quibus addantur Vericelli tr. 2. q. mor. 25. Leand. de poen. tr. 5. d. 11. q. 18.

5. Confirmatur Primum, quia Tridentinum non addit (si desit copia legitimi confessorii) cur igitur non addere velimus? cum solemnitas sint illa axiomata: Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, Quod voluit lex, expressit: Beneficium Principis, ubi nullum est alterius præjudicium, est late interpretandum. Quæ sunt in favorem animæ, non sunt restringenda.

6. Confirmatur secundum; nam ipse Castropalaus

l. 6. alique plures, qui nostram sententiam non recipiunt, adhuc nostram vocant probabilem.

7. Confirmatur tertio, quia negatio est naturalis omnia removens: cum igitur Tridentinum dicat, nulla est reservatio, & c. omnem omnino, & c. hincque Circumstantis reservationem tollit per articulo.

8. Confirmatur quartum, quia illud argumentum, quod pro hac sententia loco citato, olim adductum non probabilem solum eam reddit, ut ibidem dixi, sed re melius considerata, reddit moraliter certam.

Argumentum autem breviter est hujusmodi. Non potest negari hanc sententiam nostram esse probabilem, ut fatetur ipse Castrop. l. c. n. 8. & 9. & tractatus Doctores à De Lugo l. c. adducti, & plures à Vericelli citando: sed in jurisdictione probabilis, sententia communis, quod Ecclesia dat jurisdictionem, ergo prædicta jurisdictione non erit amplius probabilis, sed certa. Minorem hujus argumenti præterea quod nos eam ex communi consensu firmamus, lib. de poen. c. 4. §. 8. Tandem probat ipse idem Castrop. eodem t. 1. d. 2. de conf. opin. part. 5. num. 9. cum Vericelli tr. 2. quest. mor. 25. & Dicast. 7. d. 4. part. 5. dub. 14. d. n. 368. afferentes Suarez, Lessium, Thome Sanchez, Basilium de Leone, Coninch, Bonacina, aliosque qui affirmant, operanti ex opinione probabilis, quia scilicet quis probabiliter putat, se habere jurisdictionem, statim de facto ab ipsa Ecclesia jurisdictionem certo confertur. Hoc argumentum latius, & cum magna contentione prosequitur, idem Vericelli loco citato.

9. Sed jam secunda sententia negat; eam enim amplam potestatem pro illo articulo addit ad eam causam, quo legitimus desit Confessor, vel si ad hunc Confessionem audire. Ita tenet Sanchez & ab ipso citati lib. 2. in decal. c. 13. n. 7. Rosella, Sylvestri, Armilla, Varruvias, Catechismus Pii V. Grassius, Gutierrez, Zabrano, Sotus, Suarez, Valentia, Molina, Azor, alique. Ita etiam Bonacina, Coninch, Oregania, quos citat sequiturque De Lugo d. 28. de poen. n. 21. Ita tenent etiam Castropalaus t. 1. tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. n. 9. alios citant.

10. Tria nihilominus concedunt nonnulli cum hoc l. c. n. 14. ex fœdatoribus hujus secunde sententia, modo si mortis proximus, laborans casibus, excommunicationibus reservatis, non possit per se absolvere, nec nire potentem absolvere ab his, ipsum non tenet litteras, vel Nuntium ab eo petere facultatem, ut absolvat, quia id nimis est grave, & affert periculum animæ: quare tunc poterit absolvi à quocunque simplici Sacerdote.

11. Secundum, nec eundem teneri sumere Bullam Cruciatæ, ut sic possit à dictis reservatis absolvere, hoc est medium extra ordinarium.

Tertium, si quando dubitatur an possit adesse Confessor legittimus, tunc posse simplicem Sacerdotem, tunc proximum à dictis reservatis absolvere; quia in eodem modo dubio præsumitur Ecclesia jurisdictionem huiusmodi confessorio conferre. Quod si superveniet legittimus Confessor, poterit nihilominus simplex Sacerdos Confessionem inceptam finire, & absolutionem impendere, quia causa jam crepta est.

12. Porro plurimæ afferuntur rationes pro secunda sententia, quas invenies præcipue apud De Lugo & Castropalaum citatos. Ego duas, quæ sunt difficiliores hic proponam, & solvam; ceteras quilibet poterit in Theologicis versatus poterit, ut mihi videtur facile diluere.

13. Prima ratio quam affert De Lugo, ut ejus ratio pateat, ut sic induci poterit. Nullus, quamvis in articulo mortis, (nisi sub onere se præsentandi Superiori, vel legitimo Delegato, cum primum poterit) absolvi poterit ab excommunicationibus reservatis (nam in casibus, & quoad reservatis, non videtur hoc onus, ut mox dicemus, supponit Pontifex non posse poenitentem, si ante præ-